



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quare quædam opera dicuntur iustitiæ, quædam misericordiæ vel
bonitatis Dei. C. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Rom. 11. d
Psal. 35.

Matth. 25. c

tiones eius de omnibus rebus. Vnde, quam inco-
prehensibilia sunt iudicia eius. Et iudicia eius a-
byssus multa. Iudicium a quo in futuro iudicabit,
intelligitur sententiã iudicis, qua ventilabitura-
rea, i. diuidentur localiter boni a malis ministerio
angelorum: & isti in vitam ducentur, illi in sup-
plicium mittentur, qui nunc simul mixti sunt.

De iustitia & misericordia Dei.

Psal. 50.

Responsio.

Sed quomodo iustitiam Dei & pietatẽ, i. miseri-
cordiã supra Cassiod. duas esse res dixit, quæ sem-
per adiunctæ sunt iudicio Dei? Iustitia n. Dei, & mi-
sericordia non duæ res sunt, sed vna res, i. vna di-
uina essentia est, sicut supra pluribus auctoritatib.
ostẽsum est. Quia non est Deo aliud esse miseri-
cordẽ, quam misericordiã: nec iustũ, quam iustitiam:
sed idẽ prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem,
quam iustũ: vel misericordiam, quam iustitiam:
sed omnino idẽ, quia nõ denominatiuẽ, sed essen-
tialiter hæc de Deo dicuntur. Cur ergo dicit Scri-
ptura de operibus Dei, quædam esse misericordiz
quædam iustitiz? Si n. iustitia Dei, misericordia est:
quæcunq; sunt opera misericordiz, esse videntur
iustitiz, & è cõuerso. His responderi potest sic, illis
locutionibus, quib. huiusmodi operũ fiunt distin-
ctiones, vt alia misericordiz, alia iustitiz, alia bo-
nitati attribuuntur: nõ diuersitas subiactis, i. res,
his vocabulis significatẽ exprimitur, sed varietas
sensuũ & effectuu in creaturis mōstratur. Cum n.
dicitur Deus iust⁹ vel iustitia, essẽtia diuina præ-
dicatur: & etiã q̄ ipse sit distributor & iudex meri-
torũ, intelligi datur. Ita & cum dicitur misericors,
essentia diuina prædicatur: & insuper quod ipse sit
miserorũ liberator, intelligi datur. Si mulier cum
dicitur bonus, essentia diuina prædicatur. Et cum
dicitur De⁹, & insuper auctor omnium bonorum
ostenditur. Ita & cum dicitur Deus, essentia diui-
na prædicatur, & ipse timendus ostenditur. Inde
ergo

ergo quædam opera misericordiæ, quædam iustitiæ dicuntur: nõ quin diuina essentia hæc & illa operetur, & qñ hæc & illa sint opera diuinæ essentia, quæ dicitur misericordia & iustitia: sed quia quædam sunt, quib. ostenditur iudex & æquus distributor, quædam quib. ostenditur miserator. Misericors n. dicitur in natura, miserator, in exhibitione. Et in quibusdam operib. dicitur effectus esse misericordiæ, in quibus ã effectus iustitiæ: non q̄ aliud efficiat iustitia, aliud misericordia Dei, si ad essentiam referas: sed quia ex quibusdam effectib. intelligitur iudex, ex quibusdã miserator, vel, vt quibusdã placet, iustus & misericors. Sed secundum hoc occurrit quæstio, quomodo ex alijs ostendatur iustus, & ex alijs misericors, cum sit idẽ ei esse iustum, & esse misericordẽ? Si n. secundum eandẽ rationem dicitur iustus & misericors, ex eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, & è cõuerso. Sed dixi supra, q̄ cum dicitur Deus iustus & misericors, ita eadem diuina essentia significatur, & secundum eam idẽ prædicatur, vt etiã quædam diuersa intelligãtur. Intelligimus n. per hoc eum esse miseratorẽ & iustum iudicẽ. Quod euidenter Orig. ostendit dicens, Omnia quæ Dei sunt, Christus est: ipse sapiëntia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, ipse veritas. Sed cum vnum sit in subiacenti pro varietate sensuum, diuersis nuncupatur vocabulis. Aliud n. significat sapiëntia, aliud iustitia. Quando n. sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarumq; rerum instruere intelligitur: Quando iustitia, distributor vel iudex meritorum inlinuatur. Ita & prudentia cum dicitur, doctor, & demonstrator bonarum, vel malarum rerum, vel neutrarum intelligitur.

Auctoritatibus probat quedam iustitiæ, alia misericordiæ, alia bonitati attribui. D

Quod autem quædam opera misericordiæ, quædam

Hom. 5. Super Hieremiam, c. 10. Super illud. Qui fecit terram, in fortitudine, tom 2.

dām iustitię, quędā bonitati attribuuntur, in scripturis facile est repire. Et de misericordia quidē, & iustitia manifestū est: de bonitate vero & misericordia amplius latet. Sed Aug. docet illa opera

*Ad primum
ver. Ps. 139.*

ppriē ad misericordiā pertinere, quib. aliqui à miseria liberantur. Ad bonitatē vero non solum illa, sed facturam & gubernationē naturalium: ita dicēs, Ad misericordiam pertinet, q̄ à peccatis mundat, & de miseria liberat: Ad bonitatē vero, quod cœlum & terrā, & omnia valde bona creauit vt essent. Idē, Cœli non indigēt misericordia, vbi nulla est miseria: & in terra hominis abundat miseria, & superabundat Dei misericordia. Misera ergo hominis, & misericordia Dei plena est terrā, nō cœli, qui non indigēt misericordia, indigēt tñ regere Domino. Omnia n. indigent Domino, & misera, & felicia: quia sine illo miser non subleuatur, felix non regitur. Item alibi, Misericordia est erga miseros, bonitas erga quoslibet. Interdum tamen misericordia largē accipitur, vt bonitas.

*Idē ad ver-
sum 5. [Psal.
32. cont. 2.*

*Idē ad ver-
sum 11. Psal. 24.
hunc vni-
uersā viā
Domini.*

Quomodo vniuersa viā Domini dicantur misericordia & veritas.

Post hæc considerari oportet, ex quo sensu vniuersa viā Domini dicantur misericordia & veritas. Hoc multiplicē recipit expositionē. Vniuersa n. viā Domini misericordia, & veritas quibus ad nos venit, vt ait Aug super Psal. intelliguntur duo aduentus. Primus in quo manifestam & multiplicē misericordiam nobis exhibuit: & secundus, in quo requirēdo merita, iustitiā exhibebit. Vniuersa etiam viā Domini, i. quib. ad Dñm ascendimus, sunt iustitia, qua à malo declinamus: & misericordia, qua bonum facimus. In his n. duob. omne bonum meritū includitur. Sed cum superius Cassio. dixerit in his duob. omnia opera Dei includi, meritō queri potest, an in omni opere Dñi hæc duo mutuo sibi iungantur? Quibusdā placuit non

Psal. 24.

Ad Ps. 100.